UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici, Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

4. Iuramentum Assertorium falsum semper est peccatum mortale, si scienter fiat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

Visual Library

pro mendaci reputari non refugit. Vide Azor tom. I. lib. XI. Cap. 2. t. l. c. 2. [B] *Qui iurat per creaturas non referendo in Deum, ſed per ipſas quantum poteſt veritatem confirmat graue quidem per ſe peccatum (quod ad blaſphemiam infidelitatis reducitur) sommittit, non tamen propriè iuramentum, niſi fortè tale æſtimetur ex falſa perſuaſione iurantis.*

IV. Iuramentum Aſſertorium, quà ſimplex, quà ſolemne de re præſenti, vel præterita deliberato animo enuntiatum, ſi falſum ſit, eſt peccatum mortale periurii in quacunque materia ſiue magna ſiue parua. *Clauis Regia. l. 5. c 4. n. 14. Tan: cit. n. 9 cum S. Th. 22. q. 98. a. 3. ad 2.* dicente, eum peccati mortalis reum argui, qui iocoſè, ſerio, vel ex lapſu linguæ

 peieret,

peieret, dummodò aduertat ſe iurare & falſum eſſe quod iurat. Deus enim nunquam ſine graui iniuria in teſtimonium falſitatis adducitur, & æquè Deum offendit, qui eum mendacii ſiue iocoſi ſeu ſerii teſtem arceſſat & aduocet. *Azor. cit cap. 4. q. 1.* quod idem benè citati docent de eo qui dubitat verumné ſit an falſum, & ſine omni circumſpectione iurat, niſi fortè inaduertentia iudicii de mortali purget.

V. Qui conſuetudinem habet iurandi vel iungendi mendacia cum iuramento peccat mortaliter [A] niſi moralem adhibeat diligentiam prauam conſuetudinem expellendi [B]

[A] *Bonacina cit. cum communi. p. 13. num 4. quod verſetur in proxima occaſione peccandi lethaliter & periculo iurandi falſum æquè ac verum: Nec ille à mortali liberari*

rari